Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rapientes predam ad effundendum sanguinem et ad
perdendas animas et ad vastandam lucem. Hec autem et
miserabiliter eos absorbebit videntes vana et divi-
nantes eis mendacium dicentes hec dicit dominus deus. Cum do-
num sit locutus. Ecce in zelo meo ego locutus sum quia tra-
hebant nolentes egenum affligebantur et pauperem et
adventum oppressorum in eos. Propterea sic dicit dominus
ecce ego mittam in eos ignem et succendet omnem materiam eorum
et comedet eos ignis et consumet eos. Et faciam terram eorum desolatam
et omnes qui habitant in ea. Et cognoscent quia ego dominus
locutus sum. Factum est in tertio decimo anno in quinto
mense in prima mensis factum est verbum domini ad me
dicens. Fili hominis due mulieres filie matris
unius fuerunt et fornicate sunt in egypto in adolescentia
sua fornicate sunt. Ibi subactae sunt ubera earum et fracta
sunt mamme pubertatis earum. Nomina earum ohola maior
et ooliba soror eius minor. Et fuerunt mihi
filios et filias. Nomina autem earum samaria ohola
et hierusalem ooliba. Fornicata est ergo ohola super me et inhi-
nata est amatoribus suis assyriis proximis vestitis
iacintho principibus et magistratibus iuvenes equitantes
equos. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios assyriorum omnibus et
in quibus inhinata est omnibus quibus adhesit polluta est
in sterquilinis suis et fornicationes suas. Non reliquit egypto
quia ad illum dormierunt cum ea in adolescentia sua et
illi fregerunt ubera pubertatis eius et effuderunt for-
nicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manu amato-
rum suorum in manu filiorum assur super quos inhinata est.
Hi discooperuerunt ignominiam eius filios et fili-
as illius tulerunt et ipsam occiderunt gladio. Et facta est fa-
mosa mulieres et iudicia perpetrata sunt in eam. Et cum
audisset soror eius ooliba plus quam illa inhinata est libidine
et fornicatione sua super fornicationem sorores sue ad filios as-
syriorum proximorum induti
ducibus et magistratibus
ad se venientibus equitantibus equos vestitis varia chlamide
equites equorum adolescentes forma cuncta egregia. Et
vidi quod polluta sit via una abarum et aviam
fornicationes suas. Cumque vidisset vir eius depictos
picturas imaginum caldeorum expressas colore et ac-
cinctos balteis renes tyaras tinctas capi-
tibus eorum formas ducum omnium similitudinem filiorum ba-
bylonis terram chaldeorum in qua orti sunt manus super eos concupi-
vit oculis suis et misit nuntios ad eos in chaldeam. Cumque
venissent ad eam filii babylonis ad cubile mamarum pollue-
runt eam stupris suis et polluta est abeis. Et satiata est anima
eius abillis. Denudavit quoque fornicationes suas et discoo-
perit ignominiam suam. Et recessit anima mea abea sicut
recesserat anima mea a sorore eius. Multiplicavit enim for-
nicationes suas recordans dies adolescentie sue quo
fornicata est in terra egypti et inhinata est libidine super
eis quorum carnes sunt carnes asinorum et sicut fluxus
equorum fluxus eorum. Visitasti scelus adolescentie tue
quando subacta sunt ubera tua et fracta sunt mamme pu-
beris tue. Propterea ooliba hec dicit dominus deus. Ecce ego suscita-
bo omnes amatores tuos quibus satiata est anima
tua et congregabo eos adversum te undique filios babylo-
nis et universos chaldeos nobiles tyrannosque principes
omnes filios assyriorum iuvenes equitantes equos forma egregia. Du-
ces et magistratus universos principes principum nominatos
ascensores equorum. Et venient sicut ad instructi cum ro-
tis multitudinis populorum et clypeis et galeis ar-
mabunt contra eos undique et dabo coram eis iudi-
cium et iudicabunt te iudicia sua. Et ponam zelum meum in te qui
exercitant te furore. Nasum tuum et aures tuas ab-
scident et quod remanserit gladio cadent. Filios tu-
os et filias tuas capient et novissimum tuum devorabit
ignis et denudabunt te vestimentis tuis et tollent va-
sa gloriae tuae. Et quiescere faciam scelus tuum de te et fornica-
tionem tuam de terra egypti. Non levabis oculos tuos ad
eos et egypti non recordabis amplius. Quia hec dicit dominus deus.
Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti in
manus quibus satiata es et agent tecum
odio. Et tollent omnes labores tuos et dimittent te
nudam et ignominiosam. Revelabitur ignominia fornica-
tionum tuarum scelus tuum et fornicatio tua. Hec fecerunt tibi
quia secuta es gentes quibus polluta es in idolis eorum.
In via sororis tue ambulasti et dabo calicem eius in manu
tua. Hec dicit dominus deus. Calicem sororis tue bibes profun-
dum et latum eius videntur. Erit in risum et in subsannationem quia capa-
cissima est. Ebietate et dolore repleberis calicem moeroris
et tristitie calice sororis tue samarie et bibes illum
et potabis usque ad fecem. Et frangentur ei mamillis
et ubera tua lacerabis quia ego locutus sum ait dominus deus.